



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás
[Nürnberg], [1537]**

VD16 D 1300

Propositio Octava.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

Sophist

Augustinus

Lyranus

Ambrosius Lucæ 5. Nemo iustificatur ex lege , sed redi-
mitur ex gratia . Sed quia Sophistæ nostri subtile sunt in di-
uisione , cum Paulus dicat : Ex operibus legis non iustifica-
ri quemque coram Deo , Galat. 2. Rom. 3. torquent ad solas
legis ceremonias , sed & hoc auffugiū occludamus uulpecu-
lis . Ex operibus legis (Lyranus) id est , siue naturalis siue
Mosaicæ . Augustinus de spiritu & litera cap. 14. Quod de
lege (ait) dicimus , quod non iustificat , non tantum intelligi-
mus legem ceremoniarum , sed Decalogi quoque tabulas . En-
ergo operistarum seu iusticiariorum (ut indocto Monacho
par pari referatur) mysteria serpunt , nescientes de quibus lo-
quuntur aut de quibus affirmant , animalia uentris & glo-
riæ . Quod poterat atrotius flagitium in Christum cōmitti ,
quam salutem operibus nostris tribuere , & Christi merita
proculcare : tales proh dolor habemus pastores animarum .
Lyranus Rom. 8. Fides in Christum liberat ab omni pecca-
to originali & actuali . Sed credo Fratrem contentum fore
& de quarto legis officio .

PROPOSITIO OCTAVA.

Natura nostra semper est immunda .

CENSURA.

Natura nostra non semper est immunda .

CONDEM. CENSURÆ.

Nihil potest tam reuerenter ac religiose dici , quod pos-
sit sycophantorum morsum euadere . Solus Christus
natura fuit mundus , quia conceptus ex spiritu sancto , sine
macula

macula, omnes proinde peccatores, sed qui peccatum nō fe-
cerat pro peccatoribus uenit, & solus ipse est qui potest fa-
cere mundum, de immundo conceptū semine. Immundi qui
dem sumus, sed ut audiūmus gratia perficit naturam, & na-
turalis immundities non imputabitur fidelibus, & natura
quousq; in carne sumus semper immunda est, semper pre-
candum remitte nobis debita nostra, & semper credenda
peccatorum remissio. Si dixerimus quia peccatum non ha-
bemus, nos ipsos seducimus, & ueritas non erit in nobis.
Cor mundū crea in me Deus. Quare natura pīj et impīj im-
mundi sunt. Nō est eīm homo super terram, qui non peccet,
& peccatū quid est aliud, quam naturae uitium, seu immun-
dices qua Deus offenditur? Et peccatum remittitur in
Baptismo electis, non quod non sit in carne, cum toties ex-
perimur carnis legem, spiritus legi rebellantem, sed quia nō
imputatur, & in morte hæc peccatrix natura aboletur. Li-
quet ergo naturam omnium immundam esse, nemo enim
coram Deo per se se innocens est, sed sanctis merito Christi
non imputabitur hoc uitium. Nulla condemnatio his, qui *Roma. 8.*
in Christo Iesu sunt &c, Rom, 8,

PROPOSITIO NONA.

LEx perterrefacit, mortificat, humiliat, Christus seu fi-
des in Christum, uiuiscitat, consolatur, erigit.

CENSURA.

LEx consolatur, uiuiscitat, exaltat, quæ noster aduersa-
rius soli fidei appropriat. At hic mercator callidus, li-
bris pens astutissimus, lancem legis deprimit, ut solius fidei
subleuetur.

k 3

Condem.